Pondera / mensuras dat quartus si bene curas /
Menia / fecundam facit urbe / et corpore mundam /
Res quod monet cunctas / ad publica comoda scriptas .

Rubrica de fonte de platea hac aqueductu ipsius et de cisternis fiendis

Quarto huius voluminis libro de labore
ris et ordinationis titulum pprone

fontem et conductum dicti fontis ut habundan
ter aqua sit in dicto fonte qui teneant et debeant
saltim una vice quolibet mense videre et cercare
...ductus et providere
... in aqua et
... vel necessaria
... aumento aq
...les possint
... inquiatur
... de pecunia re
... libra que
...ior communis pius
... p quocumque
... aui dicti
... colligeret .
...us et officialibus
... de gabelle
... debeat expe
... aqueductus
... dicte ¶ Et
...ores et non .
... aui quod
... am quod
et debeant
... et notario
... aliquo recepto
... solutum missa eod
... alium et
... qui mass
... della quod
...os solvende
... ¶ Preterea
... vel vole
... ab aqua
... de ipso fonte
pena qua pro
... ipsi vel communis
... colecta per pre
... vel aliam enti
... ad ipsum fontem
¶ Nullus au
... ipsum fontem
... cum barili pro
... ipsum fontem
... colectum
... et qui contra fecerit
... libre denariorum

sic

sic

sic

sic

Statuti num. 12
Frammento num. (5)
Statuti ~~post~~ pre 1366 ~~1342~~ (2)
13 fogli, num. 66-78
12.11.97
9/97 98.
13 folios
~~16° Sec.~~ ?
Precede 38 fols. fragment.
Frammenti del 4° libro
~~1342 o posteriore~~
post-1342

5

4°

Pondera / mensuras dat quartus si bene curas /
Menia / fecundam facit urbe et corpore mundam,
Res quam monet cunctas / ad publica comoda scriptas.

Rubrica de fonte de platea hac aqueductu ipsius et de cisternis fiendis.

Quarto huius voluminis libro de labore
riis et ordinariis titulum proponentes sic divisim in chamdiz hec quidem
Capitulo ornatu fontis principaliter decorantes ut fons de platea communis perusii ni
tidius consistat presentis capituli ordinatione sancimus
quod extra gradus vel intra gradus dicti fontis circumque vel septem pilelli vel vasa lapidea fieri
et esse debeant in quibus aurientes aquam
de dicto fonte ante quam ad ipsum fontem accedant
anforas seu quelibet alia vasa et manus sunda
ipsarum abluere teneantur et si aliquis de dicto fonte
aliter aquam aurierit quinque solidos denariorum pro unaquaque
qualibet solvere teneantur cuius pena medietas
sit communis perusii et aliam habeat accusator. Et fiat
etiam ad cannellos ipsius fontis vel circa ipsos cannellos in locis magis aptis tredecim vasa enea
stagnata que ligent et apponantur ipsi fonti cum
catenis ferreis cum quibus possit extrahi et aurieri
causa bibendi et vasa implendi. Et quicumque
ipsa vasa vel aliquod ipsorum dexferit puniatur
in decem libris denariorum et vasa reficere teneatur. Et
si aliquis ea vel aliquod ipsorum abstulerit puniatur
in decem libris denariorum et vasa de suo debeat emendare.
Et ad custodiam dicti fontis et putei eligatur
~~et deputatur petrus martini porte sancti angeli~~
~~et parochia sancti christofori in vita ipsius petri~~
~~ita quod ab ipso offitio non possit per aliquem removeri.~~ no
Qui debeat habere claves dicti fontis et putei
et claudere et aperire hostia dicti fontis et putei
secundum quod consuetum est et habeat et habere debeat duos cistos anno quolibet pro suo salario tres
corbes grani ~~quod granum solvi debeat per offitiales~~
~~bladi communis perusii sine aliquo precepto vel mandato~~
~~et solum visa sua electione. Debeat tamen dictis~~
~~offitiales retinere gabella duodecim denariorum~~
~~pro qualibet libra.~~ Statuimus et ordinamus pro
habenda abundantia aque fontis de platea
et pro conservatione et manutentione aqueductus
dicti fontis et pro conducenda aqua in dictum fontem
et conductum ~~pro duos priores et camerarios artium~~
~~civitatis perusii~~ eligantur et eligi debeant de anno
in annum duo boni homines legales et sapientes
et unus notarius ~~eligatur in quo dicti boni homines~~
~~et notarius in fabricatione non essent in fabricatione communis~~
~~perusii~~ qui habeant et habere debeant offitium super
fontem et conductum dicti fontis ut habundanter aqua sit in dicto fonte qui teneantur et debeant
saltim una vice quolibet mense videre et examinare
alterna magistrum ipsius conductus et providere
si alunde possit in dictum conductum aqua induci et
operari quicquid possit quod sit utile vel necessarium circa ipsum fontem et conductum pro aumento aque
ipsius. Et dicti boni homines et offitiales possint
expendere pro predictis et certe predictorum usque in quantitatem
quingentorum florenorum auri pro quolibet anno de pecunia recolligenda ex gabella xij denariorum pro qualibet libra que
gabella colligitur in camera massariorum communis perusii
per dictos massarios vel in procuratorem alio loco per quemcumque
offitialem dicti communis quam quantitatem florenorum auri dicti
massarii vel alius offitialis qui eam colligeret
teneatur et debeat dictis bonis hominibus et offitialibus
de mense in mensem secundum introitum dicte gabelle
et dictam quantitatem florenorum possint et debeant expendere pro aconcimine dicti fontis et aqueductus
secundum quod per eis videbitur expedire et utile esse. Et
habeat et habere debeat dicti boni homines et notarius
pro eorum salario pro quolibet eorum duodecim florenos auri quorum
offitium duret et durare debeat tempore unius anni quod
~~salarium massarii communis perusii teneantur et debeant~~
~~solvere dictis bonis hominibus et offitialibus et notario~~
~~sub pena centum librarum denariorum sine aliquo precepto~~
~~vel mandato alterius offitialis communis perusii solum visa eorum~~
~~electione dictorum bonorum hominum et offitialium et~~
~~notarii vel extractione de sacculis fiendis qui massarii~~
~~teneantur et debeant retinere gabella duodecim~~
~~denariorum pro qualibet quantitate florenorum per eos solvendo~~
~~bonis hominibus et offitialibus supradictis~~ Preterea
volumus quod nemo inferat aliquam iniuriam vel violentiam alicui mulieri eunti vel redeunti ab aqua
aurienda vel ad auriendam aquam de ipso fonte
et si quis contrafecerit puniatur dupla pena qua puniri deberet per formam alicuius capituli ipsius vel communis
perusii si alio tempore dictam iniuriam vel violentiam perpetraret. Et nulla persona alicui mulieri vel alicui eunti
vel ire volenti pro aqua aurienda ad ipsum fontem
impedimentum prestare debeat ullo modo. Et nullus audeat vel presumat accedere ad ipsum fontem
cum barili pro aqua aurienda nec cum barili pro
aqua aurienda auriere nec in ipsum fontem
mictere bariles nec aliquod aliud vas oleatum
vel mustatum vel aliud vas turpe et qui contrafecerit
teneatur solvere pro unaquaque vice decem libras denariorum.

// eligatur ~~[illegible]~~ de anno in annum quidam custos.

~~de hoc est [illegible] [illegible]~~

¶ Et Nullus ducat vel mictat equum vel iumentum
vel asinum vel aliqua aliaz bestiaz a gradibus intus
ipsius fontem et qui contrafecerit Centum sol. denariorum
pro vice qualibet solvere teneatur ¶ Et nec ire debeat
ad ipsum fontem causa portandi aquam cum aliqua be-
stia et qui contrafecerit teneatur solvere pro qualibet
vice Centum sol. den. ¶ Et nemo possit vel
debeat de ipso fonte extrahere aquam causa intridendi
calcinam vel muralia faciendi vel occasione calci-
nationis coriorum vel cartarum vel mostarum vel occasione
vendemie vel pro asternis vel pro pannis lavandis
et qui contrafecerit viginti sol. den. pro vice qualibet
solvere teneatur et nemo audeat vel presumat
extrahere aquam de ipso fonte cum aliqua importato-
ria set tantum cum manibus sine importatoria et qui contra-
fecerit solvat pro vice qualibet quinque sol. den. quorum
medietas sit comunis et aliam habeat accusator ¶
Iubemus insuper quod Nullus audeat vel presumat dictum
fontem ingredi nec in eo balneare nec pedes vel crura
vel caput abluere vel cum pedibus super pectorale
ascendere vel vultum vel manus in ipso lavare et
qui contrafecerit si fontem ingressus fuerit vel in eo se bal-
neaverit puniatur in quinquaginta libr. den. pro qualibet
vice ¶ Et si ascenderit super pectorale vel in pecto-
rali fontis cum pedibus pro qualibet vice in decem libr.
puniatur et si vultum vel manus in fonte abluerit
in decem sol. den. pro qualibet vice puniatur ¶ Si
vero aliquis in ipso fonte aliquod animal vel pullum
vel avem vel corvum mortuum vel fetidum miserit
vel proiecerit puniatur in Centum libr. den. ¶ Si vero libr.
proiecerit in ipsum fontem lutum vel letamen vel paleas
vel herbas vel lapides vel pannum aliquem in ipso fo-
nte lavaverit vel alias turpitudines fecerit in
in Centum libr. den. pro vice qualibet puniatur ¶ Si
vero animal vel pullum vel avem vivum proiecerit in
xxv libr. den. puniatur ¶ Si vero proiecerit lutum
vel terram vel aliqua turpitudine in pectorale
vel in margines ipsius fontis solvat et solvere tene-
atur pro vice qualibet decem libr. den. ¶ Et si ali-
quis proiecerit in ipsum fonte lapidem vel ferrum
vel lignum vel aliam rem et ruperit aliquem
de lapidibus vel aliqua ymaginum sculptarum in ipso
fonte vel aliqua cannellaz vel columpna vel cattinum
in Centum libr. den. pene nomine puniatur et si dictam
penam solvere non potuerit et capi poterit ei manus
dextra debeat amputari ¶ Si vero capi non poterit
exbanniatur de Civitate et comitatu perpetuo in Centum libr.
den. et remitti non valeat donec non solverit dictum

dapnum et Nichilominus totum dapnum debeat emendare
¶ Et Nullus quoque piscat vel piscia faciat in ipsum
fontem vel arcella eius in gradibus vel a gradibus intus
carnes vel pisce et qui contrafecerit si proiecerit in fontem
puniatur pro vice qualibet in xxv libr. den. ¶ Si vero
extra fontem in gradibus vel a gradibus intus in xv libr. den.
pro vice qualibet puniatur ¶ Et nemo similiter facere
debeat aliqua turpitudinem in gradibus ipsius fontis
vel extra ipsos gradus ad tres passus vel aliquod turpe
vel fetidum proicere nec mingere vel egerere et qui
contrafecerit puniatur pro vice qualibet in decem libr. denariorum
et qui solvere non potuerit dictam penam per tota plateam
debeat fustigari ¶ Et in predictis penis et dapnis
supradictis in hoc capitulo denotatis potestas et capitaneus
et quilibet eorum delinquentes teneantur et debeant
condepnare ✗ Et capitaneus condepnatos debeat exigere
pro eo ¶ Et ut burgenses habeant filios pacificos
et quilibet pater familias suum moneat filium de predictis
et quolibet peccato ¶ Volumus quod si aliquis filius-
familias commiserit supradicta delicta vel aliquod peccatum
pater pro filio penam solvere teneatur si filius de suo
non valeret solvere Inspecta tamen in predictis et quolibet
peccato qualitate negotii et conditione delicti et persone
et etate filiorum que semper in prudentia potestatis et ca-
pitanei debeant remanere ¶ Si autem filius qui supra-
dicta delicta vel aliquod peccatum commiserit fuerit emancipa-
tus si simul cum patre habitaverit pater pro filio
solvere teneatur si a filio pena exigi non valeret
¶ Si autem in locis superius in hoc capitulo nominatis vel
aliquo eorum aliquod malum commissum fuerit de quo non
esset pena determinata per statutum possit potestas
vel Capitaneus Inquirere et procedere de similibus ad
similia tractu Inspecta tamen persona et negotii qualitate
¶ Volumus insuper et iubemus quod nemo accipiat vel remo-
veat vel diruat vel devastet aliquid de opere
laborerii aqueductus montis pariani facto vel faci-
endo et aliquis non det nec dare presumat et non
rumpat nec rumpere debeat cannellos aqueductus vel
aliquem eorum nec spiracula aperire a cisterna usque
ad fontem de platea nec aliquod impedimentum prestet
vel Kenone aliqua faciat in aqueductu et canellos
et qui contrafecerit Centum libr. den. pena nomine solvere sic potestas vel
teneatur quam non valenti solvere capitaneus detentum
faciat manum dextram abtractio separandam ¶ Et
quicumque dictum aqueductum devastaverit ita quod cursus
aque impediatur ita quod aqua venire non possit
sicut deveniendo ... vel aliqua cisternam aque

dictus i aliqua parte pena capitali ita quod moriatur
debeat substinere. Et volumus quod pater pro filio si
filius esset xiiii annorum ad annus denariorum pena centum
librarum tenatur et si aliter destruxerit puniatur
in centum libris denariorum pro qualibet vice. Si autem
mulier fuerit que aliquod cannellorum fontium
sui aperiret per totam plateam communis Pisis debeat fu-
stigari. Si vero aliquis in opere aqueductus cister-
na usque ad caput venarum aliqua fecerit lexiones
in xxv libris denariorum pro vice qualibet condempnetur et quilibet
possit accusare in omnibus suprascriptis et medietatem banni
habeat accusator. Et de predictis omnibus et singulis pro-
testas et capitaneus et quilibet eorum secrete inquirere
teneatur aliquo non obstante et si aliquos invenerit
delinquentes contra formam predictam eum condempnare teneantur
in quantitatibus suprascriptis. Teneatur etiam potestas et capi-
taneus et priores artium dictum opus aqueductus to-
tum revidere cum duobus bonis hominibus de qualibet porta
dictum modo predicto qui boni homines pro tali visione nichil habeat
a comuni. Et potestas et capitaneus teneantur ipsorum et quilibet
eorum durante regimine semel revidere dictum opus
sicud dictum est. Et dominus capitaneus teneatur et debeat
quolibet mense saltem semel personaliter ire vel mictere
suum vicarium ad videndum et examinandum stagnum
et lectum aqueductus et cannellatus fontis de platea
Civitatis Pisis. Et si quos invenerit delinquisse
in occupando vel super prehendendo vel impediendo vel
laborando vel novitatem faciendo in dicto loco et in vi-
agio dicti aqueductus in terminos immissos seu man-
tendos prius et condempnare de facto in quinquaginta libris
denariorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice in qua per-
condempnari debeat per ipsum dominum Capitaneum ex offitio
suo et ad petitionem cuiuscumque petentis. Et tolli facere
qualibet occupatione et novitate. Si vero dictus
dominus Capitaneus fuerit negligens in predictis condempnetur
in quingentis libris denariorum per suos sindicatores et ex offitio
sindicorum et ad petitionem petentis. Et de predictis et
eos per dictos sindicos inquirant expresse et domini priores
artium Civitatis Pisis teneantur et debeant ad
predicta et pro predictis et eorum conservatione et executione
opere consilium et favorem quotiens fuerint requisiti
dare et prestare. Et ut aqua habundanter habe-
atur et veniat in fonte predicto et pro expensis dicti aq-
ductus et fontis et ipsorum occasione sit et intelligatur
deputata gabella duodecim denariorum pro libra retinenda
per massarios communis Pisis de qualibet solutione pagamento
seu sconto fiendo per ipsos massarios secundum formam

ordinamenti loquentis de offitio massariorum capitulo
xxxvii. Et ad maiorem habundantiam aquarum
habenda in Civitate Pisis et burgis ipsius civitatis
dicimus statuentes quod in quibus partibus Civitatis fiat
et fieri debeat due cisterne una in Civitate et
una in burgo qua maiores fieri poterunt expensis communis
Pisis in illis locis in quibus priores artium cum sapienti-
bus et magistris quos ad hoc habere voluerint vi-
debitur convenire pro utilitate hominum Civitatis et burgorum
porte in qua fient cisterne predicte et quod priores
artium debeant et teneantur deliberare et determinare
loca in quibus fiant dicte cisterne et incipe opus dictarum
cisternarum et elligere offitiales et notarios ad dictum opus
faciendum et salarium eis ordinare qui habeat consilium
magistrorum. Et faciat extimare per duos bonos homines
et terrenum ubi dicte cisterne erunt faciende et sciat
quantum potest esse costum dictarum cisternarum et emat pro
comuni et stillicidia omnium vicinorum ipsarum cisternarum
expensis communis dirigant ad ipsas cisternas et collato-
ria ipsarum cisternarum et procedat in operibus supradictis
ita quod ipsa opera sint perfecta in uno anno. Item quod
si aliquis de novo facere voluit vel fieri facere
cisternam in Civitate vel burgis habeat faciens in suo
vel fieri faciens Quinquaginta libras denariorum cum sit salarium
ad mensuram communis Pisis si cisterna erit capacitatis a
Trecentis salmis et supra. Si vero erit capacitatis iii
salmarum vel abinde supra habeat et habere debeat sex-
aginta florenos cum que quantitas solvatur et solvi debeat
per massarios communis Pisis facta et completa et perfecta
~~dicta cisterna sine aliquo precepto vel mandato~~ dominorum
~~priorum artium vel alicuius offitialis communis Pisis ante~~
~~extate dicti statuti pena dicto massario in libras~~
~~quolibet eorum si fuerint negligentes in solvendo~~
~~dictam quantitatem vel remisse~~

sic
sic
sic

Qui vero in ipsa civitate vel in burgis
puteum fecerit aut construxerit
de novo in futurum aqua habun-
dante profundum ad minus triginta
pedibus et amplius quotquot pedibus
habeat et habere debeat a dictis massariis
quinquaginta libras denariorum ~~que~~
~~quibus sub iure ...~~
~~solvi ... ante ...~~
~~... cisternis~~

sic
sic

De tractatu ha-
bendo pro habundantia aque. Rubrica

Omni mense madii domini priores artium ~~tractare~~
~~facere congregari consilium communis~~ seu dicti fiendi Civitatis
~~Pisis quod proponatur et tractent~~ ut in Civitate Pisis
possit esse maior habundantia aquarum et qualiter
removeantur et meliorentur veteres fontes et fiat
novi et putey circumcirca civitatis et in ipsa
Civitate ubi comode fieri posset. Et priores
artium de consilio magistrorum quos habere vo-
luerint expertos perquiratur si aqua comode reperiri
potest in aliqua parte Civitatis vel burgorum in
qua fieri posset puteus sive fons et ipsos fontes
et puteos fieri faciat et in predictis priores predicti
per executione predictorum habeant plenitudine potestatis

~~Hec diminuta~~
~~specialem iiii~~
~~dictis~~

statuendi ordinandi et providendi quicquid crediderit convenire ~~et quicquid per ipsos decretum fuerit et ordinatum potestas et capitaneus tenentur observare et executioni mandare~~ sic. ¶ Debeat etiam reinvenire semel in quolibet sex mensibus omnes fontes Civitatis et prope civitatem et clocanas ipsorum manutenere et facere actari ipsos fontes et clocanas ipsorum sicud necesse fuerit. Et omnes fontes et clocane ipsorum fontium existentium prope circuitum Civitatis pisanae reparentur reactentur et reficiantur ita quod aqua per ipsas clocanas libere possit habere cursum ad dictos fontes. ¶ Et si dicti fontes removentur reperiantur ita quod aqua emergens sive decurrens in dictis fontibus non effundatur propter destructionem ipsorum fontium. ¶ Que reparatio reactatio et refectio dictorum fontium et clocanarum ipsorum fontium fiat et fieri debeat expensis communis pisani. ¶ Et super predictis et pro predictis domini priores artium eligant et elligere teneantur unum suprastitem pro qualibet porta ~~civitatis quem domini priores artium eisdem credere voluerint~~ sic

.iii. De quibusdam fontibus manutenendis expensis communis pisani. Rubrica.

Operarius teneatur facere manutenere in bono statu ad expensas communis pisani fontem bonagiani porte leonis fonte sancti galgani porte sancte sabine et fonte de pastena porte sancti angeli et fonte novum de porta solis et predicta omnia superius nominata capitaneus fieri faciat et precise. ¶ Item teneatur fieri facere et perfici expensis communis pisani unum fontem in porta solis ubi melius et utilius fieri poterit et bonis viris dicte porte videbitur convenire et faciat similiter reactari expensis communis fontem pisani angnellis. ¶ Volumus et quod fiat unus fons in capo bactalie vel iuxta ipsum capum extra portam sancti petri cum ibi sit deficiencia habitantibus pro utilitate communis pisani.

.iiii. De occupante platea vel vias occasione muralium. Rubrica.

Ne aliquis occasione alicuius rei vel verdgas in aliquo loco poneretur occasione muralium ~~platee vel~~ ius aliquod se habere pretendat. ¶ Statuimus et ordinamus quod quicumque occasione muralium plateam vel viam aliquam vel vias impediverit inter octo dies post completum muralium illud ex quo platea communis pisani vel platea aliqua alia vel via esset impedita debeat removere. ¶ Et qui contrafecerit centum solidorum denariorum pene nomine solvere teneatur et impedimentum tollere teneatur cuius pene et banni medietas sit communis et alia habeat accusator. ¶ Et occasione detentionis talis rei nullo modo sibi ius aliquod acquiratur

que pena auferri debeat per potestatem vel capitaneum vel maiores sindicos communis ut dictum est. De tenere lingnamen in via que est subtus volta palatii communis in canonica et al.

.v. Via que est sub volta palatii communis pisani et canonice sancti laurentii et ipsa volta quoniam nimis lingnamine impeditur ex quo posset transeuntibus periculum generari. ¶ Volumus quod nulla persona de cetero sub ipsa volta nec in via qua itur per ipsam voltam ad ecclesiam sancte marie de iudaico a domo olim domini ugucionis domini bonaventure supra usque ad platea communis pisani nec in via qua itur per ipsam voltam ad ecclesiam sancti gregorii civitatis et domibus olim domini boncontis domini hermanni supra usque ad plateam nec in via qua itur per ipsam voltam ante domum bonvenutii bioli ab ipsa domo bonvenutii usque ad ipsam plateam communis audeat ponere nec retinere nec poni nec retineri facere aliquod lingnamen causa vendendi nec aliqua alia causa vel aliqua bancham sive discum vel impedimentum aliquod possit ibi aliquis retinere per se vel exercere panos in quibus iam pena fuisset vel stetisset et qui contrafecerit solvat pene nomine pro vice qualibet decem libre denariorum et perdat lingnamen quod deveniat in commune et pro ipso communi vendatur. ¶ Et de predictis sit et possit esse quilibet accusator et habeat medietatem banni. ¶ Et nichilominus per potestatem et capitaneum et eorum offitiales inquisitio fieri debeat quolibet mense de predictis et si invenerit aliquem de predictis p facere ~~de predictis~~ vel fecisse contra predicta eum in dicta quantitate debeat condempnare et in amissione dicti lingnaminis quod penitus in commune faciat devenire et pro ipso communi vendi. ¶ Et nichilominus ipsi potestas vel capitaneus et eorum offitiales per sacramentum et in pena quinquaginta librarum denariorum pro quolibet eorum teneantur mictere aliquos de familiis eorum ad dicta loca qualibet ebdomada ad videndum et inquirendum si ibi retinetur lingnamen vel pannus penatus. ¶ Et si ibi invenerit aliquod lingnamen teneantur ipsum accipi facere et vendi pro communi. ¶ Et nichilominus condempnare eum cuius esset in pena supra notata pro vice qualibet et relationi dicte familie stetur et credatur in predictis. ¶ Preterea volumus licitum esse cuilibet sine pena si invenerit aliquod lingnamen in dictis locis vel aliquo eorum ipsum accipere et habere seu devastare et devastari facere nullo obstante capitulo quod in textu loquerentur silicet quod in die sabbati tamen possit ibi pro quolibet lingnamen teneri et haberi sine pena et non ultra. De non hedificet iuxta viam nisi petita licentia. Rubrica

.vi. Quicumque vellet iuxta viam publicam vel vicinalem vel aliam rem communis Pisarum hedificare in civitate vel burgis teneatur requirere potestatem et capitaneum vel unum eorum vel iudicem vel notarium eorum vel aliquem ipsorum et potestas vel capitaneus teneatur mittere unum suorum iudicum vel notarium ad videndum locum ubi hedificari debet. Et tunc ille qui venerit ad videndum locum predictum mensuret et mensurari faciat viam et rem publicam secundum latitudinem dicte vie et rei publice usque ad res privatorum et ipsam mensuram relinquat hedificare volenti et aliam secundum quod potest potestati vel capitaneo presentialiter ut res communis vel publica aliquis recipiat occupare. Et si quis requirere ut dictum est neglexerit centum solidos communi Pisarum nomine pene solvere teneatur et totum quod hedificaverit debeat removere et hoc non intelligatur in hedificantibus prope viam vicinalem vel in ipsa via de voluntate vicinorum. Et dictus notarius teneatur facere de dicta mensuratione publicum instrumentum scripturam et in actis ponere et relinquere. De remotione voltarum et prosellorum. Rubrica.

.vii. Potestas et capitaneus teneantur facere elevari et removeri omnes voltas et prosella que stant super quamlibet viam publicam que veniunt a portis civitatis et burgorum et intrant in plateam communis Pisarum nisi volta vel prosellum que distaret a terra super via xv pedibus ad pedem communis Pisarum et omnibus prosellis que essent in platea communis Pisarum si non distaret a terra xv pedibus ad dictum pedem omnino faciat elevari ac etiam removeri. Et si quis non elevaverit et removerit in termino sibi dato decem libras denariorum communi Pisarum solvere teneatur. Et predicta Nichiloria (?) debeat removere et potestas et capitaneus Nichiloriam (?) faciat removeri. Item quicumque habuerit facere ab utraque parte vie seu viarum publicarum vel vicinalium libere possit voltam vel prosellum facere si via dicta mediante ipsa volta vel prosello per xv pedes distet a terra ad pedem superius notatum scilicet in viis publicis et in vicinalibus autem per decem pedes. Et si uno semisse vel uno pede minus a terra distaverit quam dictum sit nulla pena aliquis puniatur et ob hoc volta vel prosellum non debeat removeri. Et intelligatur dicta altitudo a solo vie usque ad summitatem gule archus sive volte. Et quod dictum est in voltis et pontibus idem intelligatur in prosellis. Ordinamus nulli liceat in stratis regalibus civitatis et burgorum Pisarum vel super ipsis vel in aliqua via vel super ipsam viam dictorum burgorum et civitatis vel aliquid eorum in quacumque pena augmentata malitia committentibus et que continetur in capitulo quod incipit ut malitia non remaneant impunita de pensis [illegible] qui incipit Si autem pensis [illegible] in aliqua [illegible] vel in aliqua via seu supra aliquam viam prope plateam communis Pisarum ad quinquaginta passus de cetero facere vel fieri facere aliqua volta vel ponte et qui contrafecerit puniatur de facto per potestatem vel capitaneum in centum libris denariorum. Et Nichiloria volta vel pons debeat removeri. Item si aliquis habuerit facere iuxta viam publicam vel vicinalem possit prosellum facere et berlescones (?) immittere usque ad medietatem vie et non ultra nisi faceret de voluntate illius vel illorum qui haberent facere ex alia parte vie et quot aliter quis occupaverit ultra medietatem vie tenens potestas et capitaneus faciant removeri. Et si quis contrafecerit dicta pena decem librarum denariorum debeat subiacere. Et Nichiloria maior syndicus officialis communis Pisarum teneatur et debeat in mense [illegible] statuti communis Pisarum ipsa prosella et hedificia facere dirui et elevari sub pena quingentarum librarum denariorum sibi auferendarum per suum syndicatum si in hiis que continetur in hoc capitulo negligens fuit. Et Nichiloria possit procedere et teneatur per inquisitionem et accusationem. Ol.

De reactatione prosellorum et grondaiarum minantium ruinam. Rubrica.

.viii. Si prosellum vel grondaia tectorum esset quod vel que minaret ruinam super plateam communis vel super viam aliquam potestas et capitaneus ipsum et ipsam teneantur facere reactari. Et ille qui non reactaverit termino sibi dato centum libras communi Pisarum solvere teneatur cuius banni medietas sit communis et alia habeat accusator summarie et de facto habita fide a duobus magistris de arte lapidum et lignaminis quos duxerit elligendos sine libelli oblatione et strepitu et figura iudicii solum habita querela nec petita possit [illegible] commississet (?). Et si dicti officiales vel aliquis eorum fuerint negligentes in predictis quilibet negligens per suum sindicatum in C. libris denariorum. Quod nullus hedificium super re altius debeat preposito (?) elevare. Rubrica.

Existentes simul revisoribus et correctoribus predictorum statutorum [illegible]. Cum esset eis lectum capitulum descriptum sub rubrica de remotione voltarum et prosellorum, dum essent super dicto capitulo ipsius capituli qui incipit Ordinamus nulli liceat usque ad capitulum Item si aliquis. Cum de contentis in ipso capitulo ordinamus esset opinio inter eos, Johannes [illegible] unus ex eis [illegible] eos iuste particulariter et singulariter interrogavit omnes alios. Si eis videbatur et placebat quod dictum capitulum ordinamus sic scriptum est remaneret validum vel si eis videbatur et placebat quod ipsum capitulum tollatur et eius loco ponatur capitulum qui erat in statuto veteri [illegible]. Et sic [illegible] eos [illegible] septem ex eis concordes in hoc quod dictum capitulum ordinamus tollatur et eius loco ponatur capitulum [illegible] qui erat in statuto veteri [illegible]. Quatuor vero ex eis placuit quod dictum capitulum ordinamus non tollatur sed remaneat sicut scriptum est. Et hiis auditis dominus Johannes non concordavit [illegible] cum aliqua de dictis partibus seu opinionibus [illegible] audientes dicendo ista declaratio remanet in me [illegible] adherebo illius opinio prevalebit. Et [illegible] notarius. Ego declarabo [illegible] opinione mea. Et [illegible] ad alia processum est. Sequenti vero die de mane dictus Johannes [illegible] declaravit opinionem suam [illegible] declaro [illegible] quod tollatur dictum capitulum ordinamus et ponatur dictum capitulum statuti veteris [illegible] placuit septem ex nobis qui in hoc concordes fuerunt. Et eorum opinioni adhereo. Cuius quidem capitulum statuti veteris tenor talis est [illegible]. Ordinamus nulli liceat in stratis regalibus [illegible] burgorum Pisarum a muris veteris [illegible] de cetero vel in aliqua via [illegible] super ipsam viam dictorum burgorum vel aliquid eorum in qua est pena augmentata malitia committentibus et que continetur in capitulo quod incipit [illegible] et malitia non remaneat impunita de pensis [illegible] aliqua [illegible] de cetero facere vel fieri facere aliqua volta vel ponte. Et qui contrafecerit puniatur de facto per potestatem [illegible] in centum libris denariorum. Et Nichiloria volta et pons debeat removeri.

·viiij· Siquis fuerit vel haberet murum vel
hedifitium vel aliquod in porimetum sup
re alterius cum titulo vel ab eo possessa per triginta
decem annorum vel tria vel decem ubi esset ter
mini vel dominus quod non haberet de iure vel ob
stenderet habere de iure testibus vel instrumento post
preceptum ei factum ad octo dies debeat elevare
et amplius non tenere et facienti potestas et ca
pitaneus et eorum offitiales nomine pene vel solidorum
denariorum pro vice qualibet teneatur auferre de facto
et pro precepto quolibet faciendo. Et iudex cum
uno notario potestatis vel capitanei vel notarius tantum
ad locum litis vel questionis cum uno magistro accedere
debeat ad videndum locum litis vel questionis
et relationi illorum de illorum qui ad videndum
locum litis vel questionis accesserit credi debeat
et sicut ipsi retulerint de elevatione faciendo
vel non debeat observare que fieri debeant sine
alia petitione vel libelli oblatione et commissione
peti non possit. Et volumus quod a perceptis fiendis
supradicta non possit appellari vel appellatio aliqua
interponi nec recursus haberi ad aliquem offi
tialem comunis predicti pena offitiali si negligens fuerit
in predictis centum librarum denariorum sibi per suos sindicatores
auferenda. De exoccupatione muri occupanti
vel impedienti fiendi. Rubrica.

·x· Siquis habet vel habuit murum
proprium vel ab eo possessum per decem annos
qui undique videri non possit potestas et capitaneus
et eorum offitiales teneantur mictere ad videndum
illum murum unum de suis iudicibus cum uno notario
vel ipsum notarium tantum quotiens fuerit postulatum.
Et si ille iudex vel notarius viderit illum murum
impeditum ab alio de aliquo vel in aliqua parte sui
ipsum faciat expediri de inde ad tres dies post
illud quod si ille cui preceptum fuerit non fecerit ad ter
minum sibi datum vel datum dandum per dictum iudicem vel notarium
teneatur solvere pro vice qualibet et pro quolibet
precepto pene nomine centum solidorum denariorum et credatur
dicto dicti iudicis vel notarii referenti et oporteat proba
tione alia non habere. Et potestas et capitaneus
et eorum offitiales dictam penam de facto exigere te
neantur. Item si velatum fuerit per dictum iudicem vel
notarium domino potestati et capitaneo vel alteri eorum
quod in tali muro qui undique videri non possit

ab inde in dicto muro proprio non sit aliquod lingnum
vel aliquid aliud in porimentum stanti talis notarius
teneatur et debeat in actis comunis predicti et inscriptis
pacta redigere. Et nichilominus tali qui fuerit
rem suam iux preceptum murum proprium percipiat
predictus notarius et percipere teneatur ad penam et ad primum
decem librarum denariorum quod ab inde in antea aliquid non mictat
nec aptari faciat in dicto muro nisi ille in dicto
muro monstraverit et obstenderit se ius habere.
Et si aliquid appareret postea immissum esse contra
nec pro quolibet lingno vel lapide vel imposito
in quantitate pacta que debeat exigi per dictum potestatem
potestatem et capitaneum et eorum offitiales. Et si
aliquis immisit seu in aptari fecerit seu retinuerit
aliquod lingnum vel lapidem vel aliquid aliud
in aliquo suo muro proprio vel ab eo possesso.
per decennium sup aliqua domo alicuius sui comuni
in seu sup aliquo casaleno vel vortameto te
neatur unus ex iudicibus potestatis vel capitanei
ire per se vel mictere unum de suis notariis quotiens
ab eos vel altero eorum fuerit postulatum. Et si
talis iudex vel notarius retulerit aliquod predictorum
invenisse scribant pacta in actis comunis predicti et pre
cipiat et precipere debeat iudex tali contra facienti
vel facienti predictum vel aliquid predictorum sup re alterius
vel sup re ab eo possessa per decem annos ut supra
dictum est quod in de ad tres dies pacta debeat remo
vere et tollere et ellevare ad penam decem
librarum denariorum pro qualibet vice. Et si in dicto termino
non elevaverit seu remonit dictam quantitatem
de facto ab eo auferatur pro vice qualibet et qualibet
lapide seu lingno vel alio inposimento quod
et que retinuit et habuit post preceptum
sibi factum de ellevando et quod non debeat retinere
et capitaneus predictam penam exigere teneatur et nichilominus
pacta debeat elevare. Et volumus quod a perceptis
que fient supradictis de eius vel aliqua earum
in toto presenti capitulo contentis non possit appellari
nec appellatio aliqua interponi nec recursus
haberi ad aliquem offitialem comunis predicti. Nullus possit
habere in platea comunis tendi de paratamis in certa mesuram
et de aliis prohibitis. Rubrica.

·xi· In platea comunis predicti nullus possit habere
tendam de paratamis nec tegulis coopertam

distante a terra a minus duodecim pedibus et si aliquam
earum haberet potestas et capitaneus et eorum offitiales
teneantur eam facere removeri et quicumque eam-
dem removerit postquam potestas vel capitaneus vel eorum
vel alicuius eorum offitiales preceperit vel precipi fece-
rint vel ipsam remotam vel elevatam de cetero re-
posuerit teneatur solvere pro vice qualibet decem libras.
Bancha vero possit quilibet habere in duobus pedibus
sedium vel pedis et non ultra tenda vero de
pano quilibet possit habere quantum bancham
protendit et ultra bancham quinque semissis dum tamen
bancha sit appodiata parieti camere. Et si
quis contra hanc formam bancam vel tendam de pano
tenet decem libras denariorum pro vice qualibet solvere te-
neatur. Et nichilominus bancha et tenda remo-
neatur. Et quod dicti potestas et Capitaneus
et maior sindicus debeant semel in mense per
plateam mictere unum ex offitialibus suis ad videndum
et exaiandum et inquirendum et ubi invenerint
aliquem tenentem contra dictam formam in contineti faciat
removeri et si negligentes fuerint in predictis
in l libras denariorum per eorum sindicus debeat negligentes
condempnari. Item quod Nulla persona audeat vel presumat
impedire nec aliquod impedimentum facere vel ad
arte suam exercendum stare vel morari nisi in
die fori in sedibus tabernariorum que sunt in pla-
tea comunis perusii vel in aliqua bancham in dicta
platea tenere vel cum ipsa morari ipsa sedia per
quinque pedes ad pedem comunis perusii et qui contra fecerit
puniatur de facto in decem libras denariorum. Et Nullus
audeat vel presumat tenere vel habere in platea
comunis perusii aliqua tenda vel apparata sive co-
hopturam de stoijs vel in aliqua de quinque stra-
tis regalibus Civitatis vel burgorum perusii. Et qui
contra fecerit puniatur de facto in vigintiquinque
libras denariorum et tendam apparata et cohopturam
debeat removere. Dicimus etiam quod dicti potestas
et capitaneus et quilibet eorum teneatur et debeat
pena Centum librarum denariorum pro quolibet eorum ba-
niri facere in volta sancti herculani omni die
pro baractierijs et vagabundis qui in dicta volta
morarent et etiam pro meretricibus et personis male
Conditionis et fame et inveniente tales per

talis conditionis stare ibi per totam plateam debeat
fustigari et si potestas vel capitaneus vel alterius
eorum in predictis negligentes fuerit in dicta pena
debeat condempnari et de predictis sindicari debeat //
Item quod Nulli macellatori vel artifici ad merca-
tum arte liceat in aliqua de quinque stratis re-
galibus tenere aliquem discum bancham sive oc-
cupamentum ante ianuas domorum extra ultra quatuor
pedes per amplum versus strata set in locis co-
suetis eis liceat ipsas banchas sive discos
tenere et habere pro sua arte exercenda amplas
quatuor pedibus sine pena ante ianuas domorum extra.
Et qui contrafecerit puniatur in quinquaginta
libras denariorum de facto et de predictis omnibus et singulis
quilibet esse valeat accusator et habeat medi-
etatem banni et Nichilominus de predictis ex offitio
inquirat et quod offitialis dicti potestatis et capitanei
et maioris sindici qui est super vijs et fonti-
bus et mensuris teneatur et debeat ex debito
sui offitij de omnibus et singulis in dicto capitulo conte-
ntis qualibet ebdomada facere Inquisitionem
et personaliter ire examinando pro contrafacientibus et in-
ventos culpabiles punire et dictam penam
de facto auferre sub pena Centum librarum denariorum.

sic ~~Et pena non preiudicet privatis emptoribus mensuras~~
sic ~~comunis perusii et in eorum finibus que haberet certe~~
~~eorum emptoris et dactus~~ vacat

XII. Quod liceat stare in die fori in platea comunis calzolaijs et alijs artificibus in locis consuetis Rubrica.

Calzolarij Civitatis et burgorum perusij
et omnes artifices civitatis perusii consueti
commorari in platea comunis perusii in die fori stare
et morari possint ad emendum et vendendum ea
que pertinet ad arte eorum in locis consuetis et prout
ut actenus stare et morari consueverunt sep-
tum dicto tempore calzolarii possint stare et stet in capite
platee prope agradibus ecclesie et Campanilis
sancti laurentij et a domo de blado comunis perusij
et a dicto loco versus platea comunis perusii predictam
et illas artes que non stabat ut consuetum est
vel vias et stratas consuetas in platea rema-
nere in perpetuum puniatur Camerarius dicte
artis per capitaneum in quinquaginta libras denariorum //
Et si aliquis voluerit operari vel exercere ali-
quam artem in Civitate vel burgis vel comitatu

pristi[?] possit et ei liceat dicto modo se sibi faciat
in mazatula[?] dicte artis quam exercere voluit et
non debeat nec compelli possit solvere hominibus
dicte artis occasione dicti[?] mastire[?] nisi xx s. den.
Et si camerarius vel artifex dicte artis noluerit
ipsum stare et ponere facere in mazatula dicte artis
possit libere ipsam artem facere et exercere
impune nec possit in aliquo puniri vel molestari
per homines ipsius artis aliqua ratione vel causa
sub pena centum librarum den. que pena defacto per
capitaneum contrafacientibus auferatur. Bladum
vero venale stet in platea in loco consueto
sicut stare actenus consuevit. Quicumque autem contra
predicta fecerit et ea non observaverit quinque solidos den. pro
vice qualibet solvere teneatur. Nulla autem mu-
lier audeat[?] collectoris[?] sit possit stare nec ire
debeat per plateam communis pus. vel mercatum
vel pescheriam vel per locum vel in loco ubi vendi-
tur poma vel olera cum rocha vel filare possit
in aliquo predictorum locorum et qui contrafecerit puniatur
pro vice qualibet in xx s. den. Et mulieres non de-
beant filare super pane pomis vel olere sub dicta
pena. Et quilibet sit accusator et habeat me-
dietatem banni et dicta rocha possit per quoslibet frangi
sine pena. Ut nullus possit operari in platea communis
artem fabrum[?] et sellarum asinorum. Rubrica.

.xiii. Nullus possit operari artem fabrum[?] et sellas
asinorum in platea maiori communis pus.
et capitaneus artifices dicte artis de dictis locis
expelli facere teneatur et de predictis et contra predictos
capitaneus teneatur facere inquisitionem et si aliquem
invenerit contrafacere in decem libris eum debeat
condempnare et condempnatum exactare et ea auferre
debeat per eum dicto modo predicta que in hoc capitulo
continentur non intelligantur in platea set in via
que est post ecclesiam sancti Laurentii ubi sunt
modo artifices dicte artis ab hostio dicte ecclesie
ubi potantur[?] motum[?] recto usus[?] post solis[?]
ita quod libere et sine pena artifices dicte artis
possint stare ad faciendum artem suam in dicta pla-
tea et via ut modo morantur. Et potestas et
capitaneus vel alter eorum non possit contra predicta ali-
quem processum facere vel contra predictos artifices si
starent vel stetissent ibi ad faciendum dictam
artem in platea et via post dictam ecclesiam sancti Lau-
rentii ubi modo morantur. Preterea volumus
aliquo capitulo precedente vel sequenti vel aliquo
alio contrario non obstante quod Nullus sellarius audeat
vel possit tenere ante domum suam vel cameram sellas asinorum
nisi tantum quantum[?] continet[?] et capiet una sella.
Et qui contrafecerit in x libris den. puniatur. Preterea
nullus pelliparius audeat nec aliqua alia persona
possit battere pelles in camera vel extra cameram in platea
communis pus. vel prope ipsam plateam a xx passus tenere
pennam sive pennas et qui contrafecerit puniatur pro
vice qualibet in decem libris den. que pena de facto
contrafacienti auferatur per potestatem et capitaneum
pena centum librarum den. Et de predictis ex offitio
teneatur inquirere publice vel secrete. Et Nullus
sellarius possit battere seu camenare burram
in camera seu extra cameram. Et Nullus lanaiolus
possit battere seu camenare lanam in camera seu
extra cameram videlicet in platea communis pus. nec prope plateam
a xl passus et qui contrafecerit debeat solvere pro vice
qualibet x libras den. et quilibet valeat accusare
et habeat medietatem banni accusator et de predictis
et quolibet predictorum possit inquiri et credatur re-
lationi familie vel dicto unius testis. Item volu-
mus quod Nulla persona audeat [illegible] vel [illegible] facere
fecem in Civitate vel burgis communis vel districtu
pus. nec aliqua parte ipsorum. Et qui contrafecerit pu-
niatur pro vice qualibet in xxv libris den. Et de predictis
quilibet esse valeat accusator et habeat medietatem
banni et dictum capitulum banniatur quolibet mense
et potestas et capitaneus faciat illud banniri in platea
